




DL 12.









Liber hic ipſius Cellarij, qui et ſua manu
pauca ad marginem adnotavit, fuit:
a. 1744. ex diuinita nepotis eius,
iunioris Ludovici, libraria ſuppellecti,
ſe acceſſit Bibliotheca Academiae
Fridericiana.

Ad
Magnificum & summe Reuerendum
Virum, Dominum,

IO. SEBASTIA-
NVM Mitternacht/

In Aula Ducali Serenis. Administratoris
Episcopatus Numburgici, &c. Concionatorem
Supremum, Praesulatus Superintendentem, Con-
sistorii Sacri Adfessorem, vigilantissi-
mum, grauissimum,

PATRONVM AC EPHORVM SVVM,

Acclamatio

Cizensium Musarum
anniuersaria.

C I Z A E,
Literis FRIDEMANNI HETSTEDII,
M DC LXXIIX.



Vir summe Reuerende,

N! leuidense munusculum, quod Musa nostra adferunt; officio tamen & obseruantia nequaquam vacuum. Antecessores instituerunt ita, ut, ad finem properante Iunio mense, Schola nostra Tibi, Patrono & Ephoro suo, gratularetur, & votis nuncupatis acclamaret singulis annis, quod quanquam pium & honestum est, tamen non deesse video, qui causam rei, praesertim huius temporis, ut mollissime dicam, vel supercilio, vel admiratione prosequantur. Si natalis dies has acclamations exciperet, nemini forsan id mirum videretur, cum multis abhinc seculis receptum usu sit, ut natales illorum, quos vivere & florere publica rei interest, gratulationibus concelebrentur: at o uia ista, etiam Patronorum agere, multis leue, vulgare, puerile, & ut verbo (honesto quidem, sed praeter meritum inuiso) exprimam, scholasticum videtur. Fateor, me aliquoties id consilii agitasse, ut in natalem Tuum hoc, quidquid est, officii retraherem: sed, quod breui post illustrem diem, qui Climactericum magnum Tibi annum finierat, Vinaria adueni; & cum iterum natalis rediret, graui morbo oppressus eram; non potui non insistere maiorum vestigiis, & idem tempus, quod olim obseruatum fuerat, nostro studio atque officio repetere. Farraginem deinde inconditam forsan alii obiiciunt, speciosius rati carmen fore, si illud unius ingenium inuenierit, industria elaborarit, ars politius effecerit: ego vero non nego, me horum in sententiam aliquando concessisse; sed monitus ab amicis, qui indolem Tuam, Patrone, perspectiorem, quam ego illo tempore nouitus, habebant, id rationis consuetudini subesse, ut tanquam EPHORVS, non unius, sed multorum, & se fieri posset, omnium perspiceres ingenium; nolui quidquam in re, usu longiore confirmata, meis consiliis immutatum. Accedit ad utrumque alia; eaque potior, causa; quum, qui vitam Tuam cogitat atque superio-

superioris temporis studia, facile adprobauerit quilibet. Longo tempore scholis presuisti, industria, doctrina, disciplina, grauitatis atque auctoritatis gloriam talem consecutus es, qualem vix vnus aut alter nostro seculo scholarum Rector: (non finit enim me verecundia Tua dicere, qualem nemo:) Scholis autem prepositus gratulationem anniuersariam, industrie premium, cum a tuis mense Iunio exceperis; videtur etiam in ampliore fortuna atque dignitate nullum aptius tempus reperiri ad obseruantiam nostram declarandam, quam quod in memoriam Tibi vitam illam, cum insigni gloria in scholis olim peractam, suauissime reuocaret. Dulcis enim est laboris exantlati recordatio, praesertim si ad virtutem & honestatem quam plurimis ille profuerit. Habes sic, Patrone, rationem instituti, consuetudinis, obseruantiae nostrae. Accipe vero, qua solitus es, beneuolentia, & pristino candore interpretare, quidquid Muse nostrae obstrepunt potius, quam accinunt. Vale, & tranquilla utere senectute, & corporis infirmitatem, ex pulcerrimis caussis, lubricationibus atque studiis, contractam fortiter perfer. Depelli omnino optarem, si per aetatem prouectiorem liceret, siquidem illud Arabicum nosti, ^{سوء الخلق ليس له نوا} malo naturæ non est medicina.

Dixerim tamen aliquam esse, optimarum nempererum conscientiam, & ex artibus studiisque enatam gloriam, qua erigere Te, atque senectutis dolorem lenare potes, voluptatemque, & quemdam quasi immortalitatis sensum precipere. Vale iterum, & hanc epistolam benigne interpretare; aut si carmen pro more manis, hoc accipe Samaritanum distichon, Orientalium tritam adprecationem, ex Esa. XLVIII. 18. depromptam, complexum:

וְשֵׁשׁ אֶתְּנֶה לְעֵצֶיךָ
 וְעֵצֶיךָ לְשֵׁשׁ וְעֵצֶיךָ
 לְשֵׁשׁ וְעֵצֶיךָ לְשֵׁשׁ

quod Latine ita videtur exprimi posse:

Ut fluuius, crescat Tua vita salusque perennis:
 Crescit ut vnda, Tuus nos fauor excipiat.

Cize VIII. Kal. Iulii
 M DC LXXIIX.

M. Christophorus Cellarius.

A 2

Vix



Vix tot Alcides labores mente forti pertulit,
Quot, *Patrone magne*, quondam *Te* subisse
novimus,

Cum gregem Pindo sacratū perpolires gnaviter,
Ac præesses rex Lyceis & caput clarissimis,
Improbam volvens, revolvens, Sisyphi vim sa-
xeam,

Idque plurimos per annos, inclyta cum gloria.
Sed Scholastici sat haustum cum fuisset pulveris,
Quam fatigant mille curæ *Te* sacri post muneris!
Mole quantâ diva Sparta *Te* premit nunc ma-
ximè!

Gratulamur ergo cuncti, moris ut solennitas
Nos jubeat, *Tuique* sancta poscit observantia,
Quòd, licet sis fessus ævo, tot tamen laboribus
Non adhuc es hauriendis factus impar, Numine
Sic favente perbenigno. Vota sunt hæc denique:
Non nimis gravent acerba *Te* senectæ pondera,
Quamque jam nunc vivis, ætas sit minus *Tibi*
mala!

M. Christianus Köber / Con R.

Qui summus summi cœli terraque Monarcha
Audit, nostrum EPHORUM prosperitate beet!

Hisce paucis multa, ipsis auspiciatissimis onomasteriis Excellentiss.
Dni. Ephori, Patroni sui Honoratiss. εν τῶν τῆς ψυχῆς μου
λαῶν precatur

Georgius Christophorus Cadesreuterus,
Scholæ patriæ Collega Tertius.

Lux iterum Jannæa micat, Venerande Patrone,
Cumque ista rediit dulce onomasma tuum.
Ergò gratandum: Benè vive valeque vigeque
Sit tibi mens sospes, membra sient valida.

*Venâ licet humili, verum animi affectu pleno
adplandeat*

Joh. Longolius, Cant. Ciz.

ET mea cum precibus conjungo vota bonorum,
Incolumis videas hoc onomasma Tuum.

Christoph. Siebner / Utus.

DESCRIBANT alii numerofo carmine laudes,
Vel verbo dicam, quæ pia mens foveat:
Faxit ter sanctum Numen, quò sæpe Patrono
Incolumi redeat faustus & ipse dies.

Petrus Hayner / Sc. VI.



CUM grex Aonidum linguis animisque favendo
Confert in votum mutua verba novum;
Vota DEO solvo: Tithonia secula vincas,
Vincas Aonidum prosperitate chorum.

Balthasar Schmeisser / Ciz. Misn.

PHœbe veni redimite caput frondente corona
Flaventem cingas florida ferta comam.
Phœbe veni sancta Musarum cincte caterva,
Pieræ tangens plectra sonora lyræ.

A 3

Causa

Causa subest etenim precibus justissima justis,
 Te vocat Aonii turba liquoris amans.
 Gurgite qui vasto rutilum conscendis Olympum
 Purpureumque diem Nominis axe vehis,
 Laetitia placida reple dulcedine mentes,
 Ne luctus nimio corda dolore premat,
 Sed vultu facili decies onomasma saluta,
 Et decies Musis concomitate Tuis.
 Fata refer Pylii, Tithonia secla, PATRONO,
 Nestoris annosi, Neleidisque simul.
 Nomen at ad Colchos, Garamantes atque Faliscos
 Defer, ut effundat laudis agalma novum.

Johann. Christoph. Zeisig/Wurz. Misn.

הַלֵּלָהּ אֶת־הַיְּהוָה לְאֵלֵינוּ מְלֹאֵךְ.
 אֲשֶׁר־הוֹצִיאָנוּ מֵאֶרֶץ־מִצְרָיִם.
 יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֲשֶׁר־הוֹצִיאָנוּ מֵאֶרֶץ־מִצְרָיִם.
 לְאֵלֵינוּ אֲשֶׁר־הוֹצִיאָנוּ מֵאֶרֶץ־מִצְרָיִם.
 אֲשֶׁר־הוֹצִיאָנוּ מֵאֶרֶץ־מִצְרָיִם.
 אֲשֶׁר־הוֹצִיאָנוּ מֵאֶרֶץ־מִצְרָיִם.

משפעת הלב דברתי

Benjamin Conrad. Anneberga Misn.

GRatâ refulget, MELPOMENE, vice
 Illustre tempus, tempus amabile,
 Quo vota solvam gratulerque
 Aonidum celebri Patrono,

Descen-



Descende Pindo, nonne vides diem
Clio? benigna dic, age, tibiâ,
Deprome carmen, prome votum:
Sæpe dies redeat JOHANNIS
Salvo Patr ono. VIR MESONYCTIUS,
Dic, vivat altum præsidium Scholæ:
Firmetur & tristis senectâ,
Accumulante Deo vigorem.
Bartholomeus Leupold/Weidâ Variscus.

Alter adest annus, TIBI quo mea Musa ministrat,
Quæ tenui calamo carmina rauca strepit,
Officium voto faciam: hæc lux sæpe recurat,
Sæpe TIBI salvo carmina Musa ferat.
C. H. ab Einsiedel, Eq. Misn.

Immortale Tibi dedere nomen,
Doctæ Pierides, colende Fautor,
Certatim Aonides precantur ergo
Prompto pectore pro Tua salute.
Me nunc ingenio decet vacantem,
Devotum Tibi nuncupare votum:
Sis felix, bene vivito, Patrone,
Fons uberrimus omnium bonorum,
Sic firmam Tibi præbeat senectam,
Haud ullisque periculis gravatam;
Sic curas relevet Tibi frequentes,
Ut multas numeres adhuc aristas,
Ac tandem nitidum polum capeffas.
Joh. Christophorus à Korbiz, Eq. Misn.

Concelebrant Musæ Tua gaudia, maxime PRÆSUL,
Primus quisque parat dicere: Phœbus adest,
Phœ-

Phœbus adest, nitido referens tua gaudia cœlo,
Gaudia, quæis annus fertur adesse novus.
Sæpe dies redeat, precor, & persæpe reducat
Gaudia, quæis refici cana senecta queat,
Georgius Henricus à Brandenstein/ Eq. Varisc.

JAmque leui versu TIBI nostra placere Camœna
Audet, quanquam illi deficit ingenium.
Sic jubet iste dies, quem Phœbus ab axe reduxit,
Nec pudeat tenui hunc jam coluisse modo,
Vota dabo TIBI jam sincero corde profecta,
Quæ paucis dicant prospera cuncta TIBI.
Tempore quot flores veris nascuntur & herbæ,
Quas profert gremiô terra benigna suo:
Atque quot astra polus vehit, & quot messis aristas,
Tot bona TE cingant tempus in omne TUUM.
Det Deus, ut vivas, vigeas per plurima lustra,
Et spectes tandem gaudia blanda Poli.

*Johannes Wolfgang Richter/
Augustiburgensis Mifnicus.*

Ein Tag ist in dem Jahr/der uns so freudig macht/
Als wenn sein Musen-Fest der grosse **MUSEN-FEST**
Mit Pindus-Chor begeheth/
Drum ist die Schuldigkeit/
So lange Pindusstehet/
Zu feyren diese Zeit.

Komm/komm du Musen-Zunft/ laß uns die werthe Zeit
Vollziehn in süßer Lust und lauter Fröligkeit:
Neptunus halt zurücke
Der tollten Winde Heer/
Diespiter verschicke
Den Sturm ins Eimmer-Meer.

3. Akt

3.
Ist hat der Muses-Fürst mir meine kalte Brust
Zu wenig noch erhist/ist hab ich keine Lust;
Doch solt ich was beginnen;
Eh fang ich es nicht an/
Bis reiffer ich an Sinnen
Was netters schreiben kan.

4.
Vor dießmahl sey vergönnt/das ich mit schwacher Hand
Sein Lob berühren mag/das bis ans Sternen-Band
Man billich solt erheben;
Sein Nahme treibt mich an/
Pflcht-eingedenck zu leben/
Drum ich nicht schweigen kan.

5.
So oft der Ceres Haar die reife Saat erlangt/
So oft der Bäume Zier in stolgen Schmucke prangt/
Leb Er ohn alle Plage!
Dieß ist mein schlecht Gedicht/
Dieß ist die letzte Sage/
Die meine Elio spricht.

Johann Friedrich Flax/Ciz.

GAudia multa cano Tibi, Magne Patrone Lycei
Nostri, quum celebras nunc onomasma Tuum:
Nunc onomasma Tuum sanus felixque celebras,
Fingunt quo Musæ plurima vota Tibi.
Fausa mea idcirco refero quoque vota precorque,
Ut Tibi sint posthæc tempora fausta diu.
Atlas quot stellas, quot pinguis messis aristas,
Quot gerit auricomas horrida spina rosas:
Tot quoque fausta Tibi mens candida nostra precatur,
Vive diu felix! Vive, virefice, vale.

Johannes Reinhardt, Ciz. Misn.

B

Festus



<p>Festus Johannis rursus adest dies, Versus scholaris fert chor⁹ annuos; Sic ritus actus tot per annos Instituit, pietasque iussit. Ergo lubenter carmina sumito, Quæ grex dicavit Pieridum Tibi, Præfens adesto atrasque curas Mitte super solito labore.</p>	<p>Tractare semper seria non datur, Curare mentem versiculis juvat. Nam dicitur virtus Catonis Volvere sæpe manu poëtas. Præfentis ergo temporis exige Horam solutus sollicitudine, Te Jova servet tot per annos, Pagina quot tenet hæcce versus.</p>
--	--

Otto Fridericus Hauffmann. Numb. Misn.

Lux Onomastica adest, qua nunc Tibi docta caterva,
 Musarum Domino, prospera quæque vovet.
 Sic & ego pia vota feram: **MESONYCTE** per annos
 Sospes adhuc plures **VIVE VIGESCE VIRE.**
Johann. Jacobus Schmid/Clausthal. Cherusc.

EN! Onomasma tuum retulit lux aurea Phœbi;
 Sed Tibi quid dicam nescio, crede mihi;
 En! condiscipuli pia vota precesque dederunt;
 Sed quid ego dicam nescio, crede mihi.
 Versiculis omnes lusere ex ordine pulcris,
 Verum balbus ego solus inepta loquor.
 Atque, ut raucisonans interstrepit anser olores,
 Dicere nil possum, quam: bene vive diu.
Christianus Melzer.

Alma dies rediit, qua Musæ thura quotannis,
 Nulla Sabaea quidem, sed pia thura adolent,
 Et pia vota ferunt **EPHORO** super æthera noto,
 Inter quæ mea nunc carmina rauca strepunt.
 Fausa, precor, lux ut Tibi fit, Patrone colende,
 Multiplici reditu sit quoque fausta dies.
Johann. Petr. Pilling. Pfiffelb. Thuring.

Ne-

Nescio quo Te,
Magne Patronæ,
Carmine dicam,
Ne Tibi sanctum,
Perdam onomasma,
Quod Tibi Phoebus
Misit ab alto.
Quo, mihi crede,
Nil bona Jovæ
Fata dederunt.

Lactius orbi:
Nec Paradisi
Aurea quamvis
Secla redirent,
Reddere possunt.
Ut fiet ergo
Hoc Onomasma,
Dulce bonumque,
Versibus hisce
Opto tenellis.

Augustinus Wilhelm / Weida Variscus.

Sit Tibi fausta dies! quam, Vir Reverende, reduxit
Vis magna cœli, ut denuo gaudia rite Tibi
Musarum repetat chorus: ergo fronte serena;
Gaudè levatis pectore sollicitudinibus.
Aetherei semper, Maecenas, Rector Olympi
Te sospitet, possis uti munus obire Tuum!
Rex tua cunctipotens cœli bene cœpta secundet,
Ad exitus ducat bonos! Istaque fausta dies
Sæpe Tibi redeat: Summus Regnator Olympi
His vocibus nunc annuat! Sit Tibi fausta dies.

Jo. Petrus Huttenrauch / Rombstadio Jenensis.

Jam recolenda mihi veniunt Tua festa Johannis
Qui jure nominaris artium jubar;
Surgite Castalides, vestras extollite voces,
Lætumque cantitate carmen gutture
O Deus omnipotens, fac plures post stet in annos
Istumque cernat sapius felix diem,
Et serva & firma, donis ac omnibus orna,
Magister ut nobis diu præcepta det.
Ad Te plura tui memorem testantia mentem,
Morâ exarâisset ducta celeri carmina,
Sed fuit ingenti curarum pondere pressus,
Alioque versam Cynthus traxit manum.

B 2

Vive

Vive, precor, felix omnes sine labe per annos,
Ut vera spargas Numinis Tu dogmata,
Hæc precor, hæc opto, sunt hæc suspiria cordis!
Inesse pondus in votis Deus velit.

Christianus Benjamin Waltherus, Peg. Misn.

Νῦν αὖθις Μεσόνυξ, θεῶν μεγάλοιο ἑκλή
Γήθη τῷ ἔδαῳ Σὲ ὀνόμαζμα ἀγλα-
κύνε σὺν ἡμέρων σεῦ ἡμάτῃ καλὰ ἀέροι,
Ἐυκλόν τῶτο τὸ Φῶς πολλαίς ὡσεὶ βλέπειν
Ἄλυτῶ ἀεὶ πόρῳ, περίλυπῃ τε πάντῃ ἀπῶσι
Παντὸς τῆ οἴκῃ εὐχομαι ἐκ κερδίνης.

Michael Gerlach/Ciz. Misnicus.

ILLuxit jam læta dies, venerande Patrone,
Munera quæ præstem nomine digna tuo?
Nunc jungam votum devoto pectore promptum, hoc,
Munera cum desint, muneris instarerit.
Incolumem Pylios annos Te, magne Patrone,
Omnipotens servet, qui regit astra poli.
Sæpius ut lucem videas hanc atque celebres:
Vive, virefces, vige, Mystra verende, vale!

J. H. Rehme/Eisenberg.

Nunc iterum, Mesonycte, Tibi venerande Patrone
Dulce onomasma venit, debita vota canam.
Adprecor, ut præsto TIBI sit benedictio Jovæ,
Teque Deus Summus prosperitate beet.
Vive diu felix, videas dulcedine multos
Annos, ut tandem sint, precor, astra domus.

Gottfried Wehner/Altenburg. Misnic.

JAM quoniam veniunt onomasmata, Clare Patrone,
Ex animo læto prospera vota canam.
Det Deus, ut videas felicia tempora, tristes
Absint ut casus, adsit ut omne bonum.

Franciscus Bermann/Geithensis Misn.

Quid

Quid moror? accedo, simul & mea carmina jungo
Clare Patrone, Tibi prospera fata precans.
Prospera fata precans hanc laetam transigo lucem,
Quam saepe ut videas, prospera fata precor.

David Pfauderus, Ciz. Misn.

Lux splendet rursus spatiofo climate coeli,
Quæ Tibi adhuc felix, Vir venerande, fuit.
Faxit multibonus Deus, optimus arbiter ævi,
Illam quo videas sæpius ire novam.
Ovale! vive diu! noster præclare Patrone,
Perge favere tuis, & vale! vive diu!

Joh. Christoph. Höpfnerus Numb. Thur.

EN Tibi lux rediit totum expectata per annum,
Quæ Tibi non tantum, sed quoque grata mihi est.
Opto Onomasma fiet faustum, felixque bonumque
Felicique Tibi sæpe recurrat aue.

C. Waltherus, Ostra-Misnicus.

Hæc est illa dies, quæ gaudia magna reducit
Mitternachtsiada, lætitiãque scholæ.
Mittimus ergo Tibi devoti munera voti,
Postquam annum Astripotens addidit huncce Tibi.
Mittimus ore preces, vivas feliciter, atque
Permultas videas, Præsul, Olympiadas.

Christianus Gerber/Görnens. Misn.

DUm Tibi Phœbus retulit rotarum
Cursibus lentis onomasma lætum,
Grex Camœnarum precibus fatigat
Rite Jehovah.
Ergo Te solus venerer silendo?
Num tuum votis Onomasma celem?

Non. Meum votum breviter, precesq;
Addere cogor:
Ut dies felix, nitidus, benignus,
Saepe de coelo veniat, Tibique
Saepe tranquillam referat salutem,
Opto precorque.

Abrahamus Avenarius, Zypsend.

Weil ein ieder ist bedacht
Wunsch und Lieder jetzt zuschreiben
Dir du grosser **WITTEKAMERER**
Werd' auch ich nicht aussen bleiben
Dir ein Freuden-Lied zu bringen/
Mein Patron/ dich zu besingen.

Aber / ach! mir fället ein
Meiner schwachen Sinne sinnen/
Mein Verstand ist viel zu klein
Grosse Sachen zu beginnen:
Weil der Geist nicht auf mir schwebet/
Der in den Poeten lebet.

Doch! nim dieses Wunsch-Gedicht/
Das da liegt zu deinen Füssen /
Es erfordert's meine Pflicht/
Dich anitzo zu begrüssen/
Da dein Name wird getragen
Von Matutens goldnen Wagen.

Laß / o Höchster / deine Güte
Auf den grossen Lehrer fliessen/
Ihn durch deinen Schutz behüt/
Laß auf ihn den Segen schießen/
Daß er mög' in Lust und Freuden
Deine Schaafte länger weiden.

Joh. Georg. Werther/ Jenensf. Thuring.

Accipe primitias, Tibi quas, VENERANDE PATRONE,
Offero, quasque preces pectore fundo meo,
Aurea TE firmet supremi gratia Jovae,
Quo nostrae possis usque praeesse Scholae.

Salomon Huth, Brunshaynensf. Misn.

Alite

A Lite dum salvus celebras onomasma secundo,
MITTERNACHTE, tuum, Vir Venerande nimis;
Lator; & hinc summo grates persolvo JEHOVÆ;
Huncce diem faustâ jam rediisse vice.
Incolumem porrò servet DEUS ipse Supremus
Te, procul expellens hinc nocitura Tibi.
Te duce fervantur Musa atque Ecclesia nostra,
Qui JOVAM verâ religione colis.
Secula nulla tuum nomen ventura silebunt,
Vivet & aternò tempore fama tua.
Johannes Steche/Osterfeldâ Misnicus.

QUò grater Tibi? Quidve feram? Patrone colende?
Non mihi vis est ingenii Te digna, nec artes,
Nec mihi pactolus fluit: ast quæso accipe vota,
Quæ solvo ex animo: Deus, his, precor, annue cœptis!
Fausta sit hæcce dies, hanc Numen cernere sape
Det Tibi: Te morbi fugiant, mala quæque: morantes
Martius ille tuos strepitus nunquam increpet annos,
Voxque omnis cesset sonitus imitata tubarum!
Cœlestis semper Te Flaminis aura benigne
Adjuvet, exornet. Facias rata vota, Jehova.
Et cumulos votis majores insuper addas.

G. W. Steuerus, Numburg, Thuring.

O Vale, vive tuis, multùm Venerande Patrone,
Hoc precor ac opto, nunc vale vive tuis.
Johannes Henricus Schumann/Kystric. Misn.

EXopto Tibimet, Mesonycte verende, salutem,
Ut valeas felix, incolumisque sies.
J. D. Hoffmann/Jenensis.

AUspiciis revehit faustis onomasma, Patrone,
Phœbéus ignis jam Tuum.
Gratulor ergò Tibi lati de pectoris antrò,
Et comprecor, colende Vir,

Sapius

Sæpius ut veniat lux hæc Tibi. Faxit Iova;
Vivas, vigescas, floreas!

Andreas Friedel/Scaudiz. Misnicus.

Ecce nunc rursus rediit, Patrone, Magne Mæcenas, cumulans acervos
Gratia Jovæ hicce dies serenus: Auspice cœlo.
Ergo ego votum breviter precesque Nunc novis Jovam precibus fatigans
Carmine pangam. Opto, Te servet Pylios per annos,
Te lues morbi fugiat, malumque, Atque eis faustum velit exsolutis
Et dies crebro hic redeat salutis, Jungere fatum!

Johannes Mauritius Triller/Burgelensis Thur.

O Vir excellens, celeberrime semper!
O Decus nostri nimium Lycei!

O Domus sacræ columnen, tua usque
Fama manebit;

Ut dies hæc sæpe recurrat, opto,
Fausa, ter felix; seriesque vitæ
Crescat, immenso numero dierum,
Cœlitus aucta.

Petrus Dietmannus, Gröit. Misn.

Mæcenas, iterum rediit lux alite fausto,
Hinc non immeritò gaudia quisque capit:
Ergò Vir eloquii clarâ celeberrime famâ,
E cujus pendet nostra salute salus:
Sis felix, nostrique memor; Te nostra vicissim
Semper inoblito pectore Musa feret.

Christianus Jäger/Burgstadiō Misnicus.

Sis felix, faustus semper, celeberrime Præsul,
Sis salvus, sanus per multos Nestoris annos.
Hoc precor ex animo, sint hæc suspiria certa!

J. C. Merckelius.

F I N I S.

Nr 3165

8^o


ULB Halle 3
008 859 221



1007

1007





Ad

Magnificum & summe Reuerendum
Virum, Dominum,

h

IO. SEBASTIA- NVM Mitternacht/

In Aula Ducali Serenif. Administratoris
&c, Concionatorem
erintendentem, Con-
em, vigilantiffi-
mum,



HORVM SVVM,

atio

Musarum,

ia.

AE,
I HETSTEDII,
XXIX.

M.

